



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

De accusat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

homicidium quod scis factum ab alio, non teneris istum prodere ad liberandum illum, sed tamen potes, ) item si rem perniciosam Reip. aliter non possit impedire.

\* *Bannes l. c. col. 13. Sylu. l. c. D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1.*

8 Quod solum audisti, potes testificari te nescire. \* *Vide Syl. l. c. nu. 5.*

9 Non legitimè interrogatus potes negare te scire, subintelligendo vt teneris prodere.

\* *Vide Bannes l. c. colum. 10. & q. 69. artic. 3. colum. 8.*

10 Testis nihil potest accipere pro veritatis testimonio, sed pro damno quod patitur: quòd si accipiat pro falsitate, aut pro eo ad quòd non tenetur, non tenebitur restituere. Vide RESTITVTIO.

\* *Sylu l. c. numer. 8. Sor. l. c. q. 8. artic. 4. in fine, Couar. in reg. Peccatum, p. 2. §. 3. numer. 2. Mol. d. 83. Nau. c. 25 nu. 45.*

11 Laicus non potest esse testis contra Clericum in causa criminali, nisi in crimine notorio, aut haeresi, aut Simonia, aut laesa maiestate. \* *Syl. l. c. nu. 1. vers. 11.*

#### DE ACCVSATIONE.

1 **A**ccusationem debet praecedere inscriptio, & litem citatio.

2 Accusandi ius habens, non tenetur prius fraternè corripere.

3 Accu-

3 Accusare vix quisquam tenetur, nisi fortè  
in graui causa Reip. \*Vide Salon. q. 69. art. 1.

4 Accusator non potest à causa desistere  
cum damno Reip.

## DE REO.

1 **R**eus non tenetur fateri crimen, nisi sci-  
at esse semiplenè probatum.

\*Vide Tol. 5. c. 58.

\*Nau. c. 25. num. 35. & c. 18. num. 58. Bannes q.  
69. art. 2. col. 3. Sor. l. 5. q. 6. art. 2. Tol. l. c.

Vt teneatur reus respondere Iudex debet  
esse competens, crimen semiprobatum vni-  
co saltem teste omni exceptione maiori, vel  
indicijs sufficientibus, & hæc debent illi esse  
nota. Nau. l. c. ex D. Tho. & Caiet. idem Sor. l. c.

Non iuridicè Interrogatus tacere potest  
veritatem, & nonnullis modis se tueri. Val. t.  
3. d. 5. q. 13. p. 2. Tol. l. c. num. 7.

2 Non potest interrogari de socijs occultis,  
nisi in crimine nimis pernicioso, aut atroci,  
aut lege, aut consuetudine rationabili id con-  
cedente, aut requirente id damno alicuius,  
quod aliter non possit impediri; nec sociorū  
relatio extorquenda tormentis, nisi sint indi-  
cia sufficientia quòd habeat socios.

\*Lege Nau. l. c. & Nisi} vt est maleficium,  
proditio, crimen adulterandi nummos, hæ-  
reticis. Nau. c. 18. n. 58. Vide Bannes q. 69. artic. col.  
2. Tol. l. c. num. 5.